



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 4. Interiora hominis bona, quæ in paupertate elucent, magis
æstimanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

bus rerum inopia egestasq; !. Ex nostri Bonzii ab egestatis probro usq; eò abhorrent, ut jurati propalam confirmant, pauperibus obstructum obvallatumq; esse iter in celum, &c. Porro is puer gravissimis de rebus, supra aetatem differens, in ulteriorem aulam Franciscum Lusitanosq; deduxit, ubi procerum filij confidebant, &c. Ita sensit de Christianorum paupertate Iapon, ethnicus, & puer, ingenio, natura, ratione doctus. Vidit enim avaritiæ & cupiditatis domitorem supra omne aurum & gemmas splendere; & longè animi opes, supra fortunæ ornamenta eminere.

§. IV.

Interiora hominis bona, quæ in paupertate elucent, magis estimanda.

Quemadmodum stultus est, qui empturus equum, non ipsum inspicit, inquit Macrobius, sed stratum eius & franum: sic est, qui hominem ex veste, aut conditione, quæ modo vestis nobis circumdata est, estimandum putat. Et ille qui de Deo Socratis scripsit, Neq; enim, ait, in emendis equis phaleras consideramus, & balthei polimina inspicimus, & ornatissima cernicis divitias contemplantur: sed istis omnibus exuvijs amolitis & amotis, equum ipsum nudum, & solum corpus eius, & animam contue-

Macrobius,
lib. 1.
Saturn.
c. 11.

Apul. de
Deo So-
crat.

mir,

Soerat.
apud
Srob.
serm, 1.

mar. Itaq; neque equus generosus indicetur, qui
stratum & instructum splendidum habeat; sed quae
natura sit talis: ita nec vir honestus, qui multa
& aestimabiles opes habeat. sed qui animo sit pra-
stans. Idcirco fortuna te omnibus bonis suis
spoliauit, vt non tua, sed tu inspicereris. An-
tea mortales purpuram tuam laudabant; nunc
patientiam tuam admirantur. Numquam
Iob ornatior fuit, quam cum nudus fuit. Ve-
stem prius homines videbant, tunc etiam
mentem. Quot vlceribus corpus scatebat,
tot animus eius virtutibus claruit. Itaq; in
fimo illustrior, quam in solio extitit. Nequili-
li paupertas grauis fuit, qui, ne grauaretur,
ipse dudum antea animo diuitias abiecit.
Qui opes pro onere habet, illi inopia est
pro leuamento. Et certe multae curae, cum
multis diuitijs abeunt. Venit autem vna pau-
pertas & libertas. Vel potius tunc hominis
libera generositas ostenditur, cum amissis
quae possederat, velut velo remoto, fortitu-
do eius apparet. Qui paupertati potius viti-
um, quam pauperi ascribunt, opinione, non
re laborant. Fur pecuniam, latro vestem ad-
mere potest, in virtutes non habet pote-
statem. Et vel idcirco omnia ista externa
bona amisit Iob, vt occasionem haberet pa-
tientiae

tientia suæ, longanimitatis suæ, fiducia suæ
 Mundo ostendendæ. Nihil deest auibus; *re. Matthi;*
spicite volatilia cali, quoniam neq; serunt, ne- 6. 28.
quemetunt, neq; congregant in horrea: & Pater
vester caelestis pascit illa. Nonne vos magis plu-
ris estis illis? Pecora in diem viuunt, feris ad
alimenta solitudo sua sufficit. Itaque & vos
Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabi-
mus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hac
enim omnia gentes inquirunt. Itaque vult
 Christus ea à suis fidelibus non sollicitè in-
 quiri; sed sollicitudinem suã in Deum proj-
 cere omnes, quotquot Deo credunt. *Scit e-*
nim, inquit, pater vester, quia his omnibus in-
digeris. Quare sicut pater filijs suis de cibo,
de potu, de veste prospicit, ita prouidet
 Deus ijs, quorum paupertas hilaris, tuta &
 expedita est. Meliùs curatur, quem Deus cu-
 rat. Curat autem pauperes, quia ob ipsam
 virtutè cura dignos iudicat: vt mox docebo.

§. V.

Etiam qui inuiti sua bona amiserrunt, consolatio-
ne non carent.

Interim, vt & illos consolemur, qui
 diuitias inuiti amiserunt, easque amissas
 nimiooperè dolent, sciant se dolendo non
 fieri ditiores, sed miseres. Nam idcirco
 eos